



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 116. Clemens in oppido sancti Clodoaldi ad Regem contendens.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

Sæcul. XVI. Cardinalium Collegio adscribendum fo-  
A.C. 1589 re: si vero hac in occasione occumbe-  
ret, Sanctorum fastis annumerandum  
prædicebat, eoquod Regnum a fide  
hoste liberasset.

## §. CXVI.

*Clemens in oppido sancti Clodoaldi ad  
Regem contendens.*

*Thuan.* & *Davil. l. c.* **H**ic Religiosus hisce hortationibus in  
*Journal de* suo proposito magis firmatus, om-  
*Henri III.* nique conscientiæ anxietate solutus hoc  
*t. 1. p. 124.* facinus exequi statuit, hancque in rem  
*Du Lettre a Briennio Comite Espernonii Ducs*  
*de la Guesle Sororio tum Luperæ capto publicæ fi-*  
*sur la mort.* dei literas impetravit, quæsito obtenu-  
*du Roy.* quod secretum quoddam magni mo-  
menti negotium Regi manifestandum haberet: hac itaque securitatis cau-  
tione munitus die trigesima prima Iuli  
ad oppidum sancti Clodoaldi contendit  
suo proposito prius sociis suis mani-  
festo, iisque valere jussis: verum a non-  
nullis militibus comprehensus ad Jacobum  
Gueslæum Cognitorem Regium  
tum in præfato oppido agentem duce-  
batur. Hic inspectis publicæ fidei ta-  
bulis, cum ab eo intelligeret, quod soli  
Regi commissa sibi mandata communi-  
care deberet, eundem altera die ma-  
tutino tempore ad Regis alloquium ad-  
ducere spopondit: interea vero Clemens

tem

tem ad suas ædes secum ducens ad cænam, lectumque admisit, ubi observatum, quod eodem cultro, quo Regem occiderat, etiam in mensa usus fuerit, totamque noctem profundo in somno transegerit. Altera die ad horam septimam matutinam ab eodem regio Procuratore ad Regem, qui de Clementis adventu jamjam certior factus erat, introducitur: cum autem Rex nondum electo surrexisset, Gueslæus Clementem ante fores subsistere, ac primi Præfidiis literas præter Comitis Briennii cautionem tradere jussit. Rex acceptis hisce literis illas a præfato Præside scriptas non dubitans hunc religiosum admitti præcepit, ut ab eodem, quæ exponenda haberet, percipere posset.

### §. CXVII.

*Clemens Regem cultro in ejus ventrem immisso lethali vulnere saucians.*

Clemens ad Regis alloquium admis- Thuan l. 96.  
Journal l.c.  
Mem. de  
l'Etoil. t. I.  
pag. 285.  
sus eidem nuntiabat, se a primo  
Prælide, aliisque fidis Regiæ suæ Ma-  
jestatis famulis Lutetiæ agentibus mis-  
sum esse, ut maximi momenti res ad  
eius emolumentum spectantes manife-  
staret, eas tamen non nisi soli Regi de-  
tegeret. Gueslæus, qui Regis latus sti-  
pabat, loquentem Monachum inter-  
rumpens, ut alta voce loqueretur, ei-  
dem